

B. 191.

PENSUM SECUNDUM
 DISCURSUS PANEGYRICI
 DE
MAGNIFICENTIA
CONSULARI
 IN
REPUBLICA LUBECA,
 QUOD INCLUTÆ ET FLORENTISSIMÆ
REIPUBLICÆ LUBECÆ
 MODERATORIBUS
 VIRIS

MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS
DOMINIS CONSULIBUS
 DN. L. HENRICH BALEMAN,
 DN. ANTON *von* LÜNEBURG,
 DN. D. AUG. SIM. LINDHOLZ,
 DN. HERMAN MÜNTER,
 TOTIQUE IN PAGINA ADVERSA SUBSEQUENTI

ORDINI SENATORIO

INTEGERRIMA SANCTIMONIÆ LAUDE CLARISSIMIS
 PRO ANNI MDCCXL FELICISSIMO AUSPICIO
 SACRABAT.

ELIAS MASCOW

PHIL. ET JUR. UTR. CANDIDATUS, PASWALCO - POMERANUS.

Roseti.
 Typis WEINERTHIANIS.

Viris

Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimis

Dominis

STNDICIS

Dn. D. Johann Schævio,

Dn. D. Herman Adolph Crohn,

Dominis

SENATORIBUS

Dn. Gotthard Arnold Isselhorst,

Dn. D. Johann Adolph Crohn,

Dn. Hinrich Rust,

Dn. Herman Woldt,

Dn. Georg Sieben,

Dn. Joachim Rump,

Dn. Georg Henrich Gercken,

Dn. Matthæo Rodde,

Dn. Barthold Bauert,

Dn. Johann Friderich Carstens,
Dn. Andreæ Albrecht von Brömbse,
Dn. Engelbrecht Brasche,
Dn. Marco Tidemann,
Dn. Diderich Bartels,
Dn. Johann David Widderich,
Dn. Paul Vermehren,

Domino Protonotario.

Dn. L. Hinrich Diedrich Balemann,

Dominis Secretariüs.

Dn. L. Herman Adolph le Févre,

Dn. Herman Hinrich Dreyer,

Antiqua Novorum Votorum Formula

D. D. D.

Autor.



PROOEMIVM.

S. I.

Magnificentiam, utpote qvæ omnino est virtus teste Arn. Geilincs (a) & Adrian Heerebord (b) non specie licet, sed gradu a magnis sumtibus faciendis, a magnitudine & decoro, qvod videlicet Magnificus in magnis sumtibus decorum observet, dici. Autor est D. Christ. Liebenthal (c). Ubi insimul rō Magnificentia duplicitis est considerationis, ut cum uno modo metaphoricas Magnificus audiat magnifice incedens, pompose loquens, artificiose nimis res suas exeqvens, vel in magno honoris gradu constitutus; altero modo ubi juxta decorum in magnis sumtibus mensurandis medium tenet.

(a) Conf. Ejus Τρωθι Σεαυτον sive Ethica, Tract. I, § II no. 3. (13) p. m. 74.

(b) Mecatemata Philosophica, ibique Dispp. Collegii Ethici XLVI. Thes. V. p. 181.

(c) Collegii Ethici Exercit. IX. Thes. XXIX. p. 89.

S. II.

Utrum vero Magnificentia & qvomodo differat a liberalitate jam alibi (a) a nobis ostensum est. Utne de multiplici Magnificentiae genere multi simus (b); nec de Magnificentia exteriori & pompa circulatoria (c) plura efferamus; aut ejus, in quantum inter duo extrema consistat (d) meminerimus; multo minus Magnificentiae vulgi juxta mensuram (e) inhæsum simus; neque de Magnificentia

tia voluptatem animi ex opibus perceptam moderante, de qua D
Laur. Ludenius (t) verba faciemus; Ut taceam Magnificentiam,
cujus studio claritudine insignes prolabuntur facile, teste Petr. Müllero;
(g) tantummodo Magnificentiam eamque Consularem perlustrabimus.

(a) Vid Nostrum Pensum Octavum Διανοματος Στεβανίας de Magnificentia Re-
Eloris Academicici, Sect. Prior. §. II, pag. 2. (b) I. c. §. IV. (c) Qvæ facile decipiens
adseritur Missa Papistica ceu ex Pb. Andr. Oldenburgero testatur Gotlieb Sam. Treuer
in Exercit. Politic de Licentia peregrinandi legibus circumferibenda §. XX, p. 91. (b)
(d) Chr. Eichenthal I. c Exercit. III, Qvæst. XII, pag. 38. (e) Sam. Pufendorf in Disp.
de Legibus Sumptuaris, § 17. (f) Disp. de Oeconomica, Aphorism, XXV. (g) Dissert.
de Caufis Honorum, von Ehrenfällen / Sect. V. Thes. XII.

SECTIO PRIOR.

DE

MAGNIFICENTIA CONSULARI REIPUBLICÆ ROMÆ.

§. I.

De prima Reipublicæ seu Civitatis, qvæ Hodiernis Philoso-
phis unum idemque specie aut optione naturalis libertatis, unusne
hæc se potius commiserit libidini, an plurium tradit Frid. Mentz (a)
Jac. Thomasius (b) Job. Paul. Felwinger (c). Num Violentia, cu-
jus est Sententiae Job. Bodinus (d) Mænavianus (e) Alexander Irvi-
nus (f); Metus mutuus, quem civitatis causam defendere satagit
Thom. Hobbes (g) Herodotus & Diodorus Siculus (h) Fr. Patricius
(i) Hugo Grotius (k); Indigentia, sicut non pauci Platonem inter-
pretantur Sam. Pufendorf (l) & Herm. Conringius (m); Natura,
ceu profitetur Aristoteles (n) Magnus Hesenthalerius (o) citatus
Job. Paul Felwinger (p) Casp. Zieglerus (q) Petrus Lauenbergius (r)
J. H. Boeclerus (s) & quodammodo Job. Nic. Hertius (t) Job. Fr.
Horn (u) Wilb. Leiserus (w) ut principalis causa efficerit Primam
Reipublicam, de eo G. P. Rötenbeccius (x).

A 3

(a)

- (a) Evolv. Disp. de Prima Imperii inter homines origine §. XLIX & XX. (b) Programmat. VII. de primis Rerumpublicarum originibus (c) Disp. de genuina Rerumpublicarum origine, p. t. (d) Tract. de Republica, Lib. I. Cap. VI. p. 46. (71) (e) Teste Dan. Clafsen in Compend. Politic. Lib. I. Cap. VII. §. 4. p. 96. (f) uti discere licet ex Hujus Discepti de Jure Regni Cap. II. (g) Tract. de Cive, Cap. I. §. II. p. 6. (h) teste Barbi, Kœckermannio in Præcognitis Systemat. Polit. p. 893. (i) de Institutione Reipublicæ Lib. I. Tit. III. p. 19. (k) de Jure B. & P. Lib. I. Cap. IV. §. VII. n. 3. (l) de officio H & C. Lib. II. Cap. VI. §. 10. (m) Disp. de Cive & Civitate in genere §. XLII, seqq. (n) Politic Lib. I. Cap. II. (o) Disp. quam inscripti Plaffeni Politicum §. IX - XXIV; juncto ejus Athleta Politicus, Casi. III. Qv. I. (p) Disp. de Cive & Civitate, cui Qvæstionis: An Civitatis prima Origo sit ex necessitate vel utilitate vel natura? prolixior ventilatio est inserta, (q) In Commentario Grotiano, pag. 176. (r) Epitome Prudentiae Civilis, Cap. IV. §. 2. (s) Inflitt. Politic. Lib. I. Cap. I. p. 9 & 10. (t) Elementa Prudentia Civilis Part. I. Sect. III. §. 3. (u) Politicorum Pars Architectonica de Civitate Lib. I. Cap. IV. §. 6. n. 3. 3. (w) Dissert. pro Imperio contra Dominium eminens §. IX. (x) Dissert. de Civitatis Reipublicæ Causa Efficiente, tam stricte dicta, quam impulsiva, Cap. I. §. II, seqq. p. 4.

§. II.

Cæterum num proprie detur Forma Reipublicæ? curiose quærerit Gerb. Martens (a) qui, ut enim, *inquit*, monstrosa & absurdâ est Reipublicæ materia proprie sic dicta; ita & monstrosa ac absurdâ futura esset Forma proprie dicta Reipublicæ. Interim ἀναλογικῶς ordinem seu Harmoniam Partium Reipublicæ coordinationem, consensum, qui membrorum ejus anima & cor unum est, inducentem Reipublicæ Formam statuit. Vi cuius ordinis Respublika est, qvod est, qvo sublato, non esset, qvod est. Qvâ definitandam Rempublicam adeas H. Grotium (b) Sam. Pufendorfium (c) Job. Nic. Hertium (d) Tibi satisfacturos, ut vel nos de accurationi definitione danda parum simus solliciti. Neque attendimus, utrum homines militares præ cæteris sint aptiores ad Rempublicam gerendam? cum hæc ventilanda restrictis restringendis jam absolverit satis J. P. Felwinger (e).

- (a) Conf. Dissert. de Republica in Communi §. XV. (b) de Jure B & P. Lib. I. Cap. L. §. 14. (c) de officio H & C. Lib. II. Cap. VI. §. 10. (d) Element. Jur. Civil. Part. L. Sect. II. §. 4. (e) Dissert. de Pace §. XLVI. p. 20, seqq.

§. III

Qvandoquidem vero in Republica plurimi reperiantur Characteres

racteres politici, qui magnifici ordinis, dignitatis potestatis ab invicem distinctionem faciant, quos observare par est, si boni ac decentis ordinis Gloriam ac Magnificentiam Republica reportare velit, dicente D. Job. Jac. Silverrad (a); Primates Reipublicae Magnificos primum salutare licebit. De quorum origine, utrum haec ipsa Reipublica Romana adscribenda sit, non est, quod differam, cum Georg. Engelbrecht (b) satius scopo accedit. Ut adeo affirmante Job. Henr. Boeclero (c) nomen Consulis proprie tantum Magistrati in Forma Reipublicae Aristocraticae regnanti competit, ita ut aliis Civitatibus Romano Imperio subjectis non licuerit eos appellare Consules, neque his ipsis se habeat hoc magnifico nomine insignire, teste Dav. Mevio (d).

(a) Vid. Dissert. de Brachio Seculari, Cap. I, Sect. I, § III, p. 6. (b) Dissert. de Consulibus, Cap. I, §. V. (c) Ad Lib. I, Annalium Taciti Cap. II. (d) Comment. ad Jus Lubec. Lib. I, Tit. I, Rubr. n. 5.

§. IV.

Certum autem quam quod certissimum est a Romanis ad Germanos non Consul pervenisse; Interim quando Christ. Lebmannus (a) putat, quod cum Imperator Otto nonnullas Civitates reddidisset liberatas, haec rursus Consules sibi creassent, ex antiqua Romanæ Reipublicæ Conservetudine, hasque secutæ sint Civitates Germanicæ a potestate Episcoporum, Ducum, Comitum ab Imperatoribus liberatae, eandem formam introducentes, in tantum admittimus; quod vero jam antea Germani usi sint optimatum Regimine ac Consiliis, testis est Strabo (b) unde hos Herm. Conringius (c) appellat *Burgi-Magistros*, vel *Burgo-Magistros* uti videtur Casp. Sagittario (d).

(a) Conf. Chronicum Spirense, Lib. IV, Cap. II pag. 303. (c) Disp. de Civitat. Imperial. § LXXV, ubi ita: Quis in ipsis magnis Societatibus Rectore opus fuerit absque dubio *Burgi Magistri* fuerint dirigendis negotiis civilibus, seq. (d) Dissert. de Tyranno, Cap. I, §. II.

V.

Competit titulus Consulis & Senatoris non nisi Amplissimo & Magni-

Magnifico ordini liberæ alicujus Civitatis Imperii in Germania, docente *Gerb. Feltmanno* (a); Interim licet hæc nomina ex accidente passa sint abusum, referente *Petr. Wesenbeccio* (b) ubi postea inferiores Civitates sibi præpositos ita nominaverint, appareret tamen exinde magis cum antiquo Romanorum Tribunatu, quam Consulatu similitudo. Utne de Consulum varietate ratione ad differentiam Civitatum, de quo Dn. Hugo (c) habita, aliquid addamus.

(a) *Evolv. Tract. de Titulis Honorum Lib. II. Cap. XLIX. §. I.* (b) *Consil. XL. n. 31.*
 (c) *Tract. de Statu Region. German. Cap. II. §. 6.*

§. VI.

Transfuentes Nobilitatem ævo succedente Romanum Consulatum adeo invadentem, ut vel soli Patricii, penes quos maximæ erant divitiæ, ejeta plebe, ad Magnificum Consulatum assumerentur, Autore Dn. *Eberlino* (a) inspicimus Consulum Romanorum, de quorum numero eo minus solliciti sumus, quo magis *M. T. Cicerio* (b) hunc ipsum determinat, et si jam Tres (c) jam plures fuerint Magnificentiam cum Imperio Regio adornatam assecuti afferente *Valent. Förstero* (d) & *Joh. Rosino* (e). Siquidem Regum Insignia, postmodum Insignia Consularia magnifice appellata (f) retinuere Consules, quæ erant inter alia Fasces, Sella curulis, Calcei aurati, Purpura prætexta κ. τ. λ.

(a) *Vid. Tract. de Origine Juris, Cap. XIV. n. II.* (b) *Lib. III. de LL.* (c) *I. I. §. 2.*
D. de Offic. Quæst. (d) *Historia Juris Civil. Lib. I. Cap. XVI.* (e) *Antiquitates Romanæ, Lib. VII. Cap. IX.* (f) *I. 2. pr. D. de His, qui not. Insam,*

§. VII.

Consularem potestatem Regiæ potestatis Exemplo accersitam fuisse, Vetustatis monumenta declarant, referente *L. Fenestella* (a). Hac autem prætermissa, ob quam Consulis cognatio summa vocatur *M. T. Ciceroni* (b); neque mentione injecta de Eorum Officio, vi cuius Consul ceu Parens bonus & Tutor fidelis, dicente *Cicerone* (c) omni cura ac diligentia Rempublicam custodiat omniaque

aque sive respectu Reipublicæ administrandæ, zu Policie Sachen,
sive pecuniæ publicæ tractandæ, zu Rent- und Cammer-Sachen;
sive Juris dicendi, zu Gerichte-Sachen mediante Ordine Senatorio,
de quibus D. Adr. Beierus (d) faciat ad finem obtinendum conductentia, de Magnificentia Consulari tantummodo quædam addamus.
Magnus quidem nunquam non fuit Consulim Honos (e), ut vel
ipsi Principes Consulatus ambientes gesserint docente Joach. Myngsinger a Frundeck (f), quid? quod Imperatores istos assumere non
deditiati sint referente Georg. Frantzio (g). Ita Carolum Magnum
Imperatorem annos Imperii computanter & Consulatus vocabulo
esse usum afferit Job. Schilterus (h), ut adeo Consulatus honorum
finis olim diceretur, imprimis vero Dignitas Consularis eminebat,
quod Consules Ulpiano Icto (i) Amplissimi, Imperatoribus Zenoni
(k) Justiniano (l) Gloriosissimi appellantur.

(a) Conf. Tract. de Magistratibus Sacerdotiisque Romanorum, Lib. II. Cap. VII. p. m. 78.
(b) Orat pro Planc. (c) Lib. III. de Orat. (d) Disp. de Jurisdictione Feudali, vñ
Ritter. Kbn. Gericht / Cap. II. §. IV. p. 10. (e) I. 8. C. de Dignitat. (f) Comment. ad
Instit. Justin. Procem. §. IV. (g) pag. 10. (h) Comment. ad ff. Tit. X. de Offic. Con-
sul. n. 3. (i) Instit. Jur. Publ. Lib. I. 141. 7. (j) I. 50. D. de Cond. & Demonstr. I. 1.
§. 3. D. de Appellat. (k) I. 8. C. de Aquæduct. (l) Novell. 81. pr.

§. IIX.

Non jam e re est, ut Magnificentiam & Dignationem Con-
sularem longis legis demonstratum eamus, quippe Processus & In-
signia eam satis superque demonstrent, quæ ab Imperatore Justiniano (a) describuntur. Adhæc cum patria potestate ipso jure absque
emancipatione liberentur (b) qvoad onera, cum contra ea commoda
Filiorum Familias habeant, Autore Job. Brunnemann (c). Qvæ
jamjam allata magnificantum cumulatum it Diensius Halicarnas-
seus (d) & Livius (e), etiamsi Sam de Pufendorf (f) ab his duobus
alla primis Consulibus Romanis vix ac ne vix quidem tribuere inten-
dit, ut potius tantum non-detrectet, cui Sententia & adstipu-
latur, Dan. Calerus (g).

B

(a)

(a) Vid. Novell. 15. (b) Novell. 81. (c) Comment. ad Tit. C. de CoSS. L. XII. T. 3. (d) Antiquit. Romanorum Lib. V. in pr. *ubi*, introducto Optimatum Imperio, *inqvis*, Consules, qui primi Regiam potestatem sumserunt, seq. (e) Qui non multum abit, dum ita: Omnia Jura, omnia Insignia Primi Consules tenuere. (f) Disp. de Forma Reipublicæ Romanæ, §. IX & X. (g) Disp. de Senatu Reipublicæ, Cap. I. §. 2.

§. IX.

Magnificat hunc Consulatus Honorem Descripsio Pandectalis seqvens: Consulatus est Administratio Reipublicæ cum Dignitatis Gradu five cum sumtu, five sine erogatione contingens (a). Qvocirca circa hoc munus Magnificum occupati, sint, qui optime volunt ac possunt eligere Virum tanto fastigio Magnifici Senatus dignum; qvippe recte eligere munus & opus Scientium esse videatur Aristotelii (b). Senatus autem, qui Reipublica præfet, ideo hanc amare præsumitur, unde ejus, quem eligit plerumque ex Corpore suo ceu Seminario Honorum Reipublicæ Consulem, optimam habet notitiam, ut eo minus in consultando prudentia vacillet. Hoc vero non verendum, modo cardinalibus Septem illis virtutibus Consularibus quas Joh Bodinus (c) commendat, eligendus sit instructus. De cætero five sint in, five de Senatu, five Senes five Juniores, parum interest, cum hi aliquando iisque literati Senilem Juventutem habeant teste Hinr. Zahn (d) non prorsus rejectis illiteratis, præprimis, ubi ex Corpore Juris non semper inter fluctus mundi se patitur regi Reipublicæ navis.

(a) Conf. I. 14, init. D. de Muner. & Honor. (b) Politic. Lib. III. Cap. VII (c) Tract. de Republica, Lib. III. Cap. I. (d) Tract. de Jure & Jurisdictione Municipal, Cap. XX, n. 6,

§. X.

Qvæstionem vero, utrum Divites juxta atque pauperes, uti Dav. Mevius (a) vult, hac dignitate Magnifica sint exornandi? comparative decidas; præprimis cum melius sit eligere facultatibus florentes (b), utpote qui minus inhinent munib[us] ac corruptelis statum Reipublicæ eo citius observaturi, quo tristius hoc pereunte suus

suas amitterent facultates, unde harum magis ratio habenda, quam Conditionis svadente *Georg Engelbrecht* (c). Et si qvidem accuratius *Casp. Sagittarius* (d) observat, qvod opulentii non semper probi, si ad clavum federint Reipublicæ, plerumque plus sibi præ cæteris arrogare, gravissimisque in causis improbitatem exercere affoleant, exemplis id ipsum antiquis pariter & recentibus non hic, alibi licet declarantibus.

(a) Vid. I. c Rubr. T. I. 37. (b) I. 14. § 3. D. de Muner. & Honor. (c) Jurisprudent. ad Tit. Decurion. (d) Dissert. de Tyranno, Cap. V. §. 7.

§. XI.

Modus transferendi Consulatum in Personam ejus sat habilem pro varietate locorum variat, ita ut hic sorte, ibi lege, alibi consuetudine aut statuto expresso ad instar legis Consul constituantur aut eligatur. De isto loquitur *Aristoteles* (a); de illo meminit *Collegium Argentoratense* (b); Hujus exemplum habemus in Republica Venetorum, ubi simul ac nobilis Filius majorennis Senator est; sicuti & *M. T. Cicero* (c) Consulum jam in Cunabulis talium mentionem injicit. Qvo & spectare videtur Feudum Burgi - Magistri, Bürger-Meister Lehn, Lehn zu Bürger-Meisterschaft geliehen, qva de re plura afferit *Joh. Schilterus* (d). Specialiora de Electione per Sortem, qvod Athenis, referente *Georg. Tholosano* (e); per Censum rationem qvod Romæ siebat; per Generis antiquitatem, qvod ut Venetiis, ita Ragusia, Noribergæ valet, *Dan. Calerus* (f) tradit, cui tamen insimul istæ Electionis innatae species adhibito nisi discrimine personarum non omnino approbantur. Ut de Personis eligentibus, iisque, qvæ in ipsa Electione singulariter obveniunt, Citatione scilicet, Nominatione, Votis horumque pondere & numero, & qvæ sint alia fileamus. Hæc de Romana Consulari Magnificentia.

(a) Evolv. Politie. Lib. IV. Cap. XVI. (b) ad Tit. D. de Decurion. (c) Oratio pro L. Agrar. (d) Comment. ad Jur. Allemann. Feud. Cap. CLI. § 1 & 2. (e) Tract. de Republica, Lib. III. Cap. V. n 40. (f) I. c. Cap. II, §. 1 & 2. (1), (2).

SECTIO POSTERIOR
DE
*MAGNIFICENTIA CONSULARI
REIPUBLICÆ LUBECÆ.*

§ I.

Ad modum illius magna prærogativa præ aliis liberis Rebuspublicis omnino assurgit Nostræ Lubecæ, cuius inter alios speciatim meminit Vir supra laudem meam positus D. Job. Zach. Hartmannus (a) ubi Hanc ipsam Vetustatis, Religionis, Legum, Literarum, Commerciorum Politiax, virtutisque omnis Exemplorum gloria celebratissimam rectissime gloriat. Quo & tendit D. Job Goil Heineccius b) cui Nostra audit Inferioris Saxonæ Ocellum Religionis puritate, pietate Civium, Justiæ laude ac Commerciorum amplitudine excelsissime Florens. Ne dicam quod ad majorem S. J. R. Dignitatem & Majestatem præprimis Lubeca numero quatuor Liberarum Civicatum primiarum adscribatur teste Theodoro Reinkingio (c) & D. Christ. Liebenthal (d) Omitto, quod G. Hornus (e) nostram inter claustra Imperii Germanici versus Daniam referat probante L. A. Rechenbergio (f) Qvocirca eo minus dubitamus, qvin ex mente Æneæ Sylvii g) Lubecampoterioribus Rebuspublicis sine omni formidine annumeres, ubi tot dixitiae, tot auri, tot argenti, tot ferri munera, tanta populi multitudo, tanta Juventus, tantum animi, tantum roboris, ut merito Roma altera au lat. Qvæ eadem & videntur Phil. Andy. Oldenburgero (h). Misso quod Christ. Wildvogel (i) & Job. Hübner (k) Nostræ Lubeca tertium Rhenani Scamni locum attribuant rectius. Peplo silentii involuto argumento sat felici, quod aliquis sibi hic formet & qvidem a toto ad

ad Partem, quæ sat polite de Rerumpublicarum Republica Germania attulit Dn. Herm. Hinr. von Dorne (I).

(a) Conf. Programma D. Phil. Casp. Lamprechti Inaugurali Disputationi de Jure Saxonic & Lubecensi Ducatu Holstiae juxta & Civitate Lubecensi, qva Representationem in Successione Collateralium exulantibus præmissum. (b) Dissert. de Præscriptione Annali Juris Lubecensis a Jure communi diversa, § XXXIV, pag. 52. (c) Tract de Regimine Seculari & Ecclesiastico, Lib. I. Class. IV, Cap. XX. n. 34, p. 243. (d) Collegii Politici Exercit. IX, Thes. LXIX, p. 177. (e) Orbis bellicus de Imperio Romano - Germanico, Cap. I. n. 14. (f) Dissert. de Potentia S. R. I. Germanie § XXVI, (g) Epistola LXXXI, Cap. I. n. 14. (h) Theſaur. Rerum de Constantinopol. Clade & Bello contra Turcas congregand. (i) Theſaur. Rerum publ. Part IV, p. 34 & 55. (j) Disp. de Scammo Comitorum transverso, von der Querbauf/ Sect. I § VII pag. 11. (k) Geographiour Fragen Anhang von Deutschland / XIX, p. 660. (l) Disp. Pralide Magno Joh de Klez Roseti habita de Inobedientia impuni, vom unstraffbahren Ungehorsam / Praefatio § III, p. 6.

§ II.

Ad Natales Legum Lubecensium, qvarum Originem Susatensibus adscribunt hodie viri Doctissimi, teste Joh. Gotl. Heineccio (a) qvod est, nil nisi omnimodam Romanorum Magnificentiam in iis condendis naturamque eandem ferme deprehendere licet. Si quidem ut Romani, qui magnitudine pariter imperii & Legum tam observandrum quam condendarum Solertia in tantum alias gentes supergressi sunt, ut dignissimi omnium visi sint cuivis fere Genti, ad qvorum normam suam aptarent Rempublicam & qvorum e legibus plerasque ut suas reciperent, teste D. Joh. Lud. Nicolai (b); Ita Lubeca a Friderico I. Imperatore Imperio asserta & Friderico II. Semper libera Anno MCCXXII. declarata testante Joh. Jac. Moser (c) μετωπος, qvid? qvod αλεξ. Romano gaudens genio qva leges condendas, qvasque jamjam Seqventes Regiones ambabus & totis viribus arripiere, supra modum innotuit, ut vel Livonis, Prussis, Pomeranis, Megopolitanis, fusis id demonstrante Joh. Sibrando (d) Joh. Ern. Westphalen, (e) Quatuor illis civitatis Holsatiae non usi Iura Lubecensia recipientibus, sed lege etiam expressa ad eadem servanda omnino adstrictis, rectius annotante Joh. Zach. Hartmanno (f) huc usqve dominetur inqve his ipsis non mi-

minima Autoritate valeat docente D. Godfr. Henr. Elend (g); Qvin & Burgi, qvod oppidum est in Insula Fimera, obtineat ceu liqvet ex Johannis Adolphii Ducis Privilegio (h).

(a) Conf. Disp. de Præscriptione Annali Juris Lubecensis a Jure communi diversa, § lIX. p. 13. (b) Diss. de Jure Terminorum & Finium Cap.V. § II. p. 34. (c) Reichs-Stadtisches Handbuch / Part. III. Cap. XXIX. n. IV. p. 164. (d) In Jure Publico Urb. Lubec. Sect. X. p. 94. seq. (e) Disp. de Fontibus Juris Lubecensis § lIX. p. X. (f) Disp. de Juri Canonicci Testamento Testamenti Lubecensis causa, Coroll. X. p. 54. (g) Disp. de Testamento Recipreco Ejusdemque Uisu in Civitatibus Holsticis § XVI. p. 38. (h) Dato d. 2. Jan. Anno 1593, ubi sequentia: Confirmare / erneuern und bestätigen ' ' als nemlich (1) König Johansen Priviliegium / vorinuen die von der Borg mit Lubbechsem Rechte begnadet worden; (2) König Friederichs Brief / vorinuen König Johansen Begnadung bestätigt; (3) Christians III. Brief / vorinuen König Johansen Begnadung wegen dem Lubbeckischen Recht confirmiert wird / n. r. λ.

§ III.

Permagnam hinc in Germania Exterisque jam dictis Provinciis Nostræ esse Autoritatem, neminem, nisi qui se in Juris Germanici Historia hospitem plane profiteatur, ignorare arbitrò; Si quidem insignis ac Magnifica Europa prudentiaque legislatoria non potuit non aliis Civitatibus admirationi esse accidente Singulari disciplinæ vigore ipsaque Nobilissimæ Lubecæ, qvæ a tot Seculis magnificis his Institutis excellentissime floruit, felicitate. Qvocirca quis est, qui miretur alias Civitates certatim inde petuisse Hujus Europæ Exemplum, qvin pro beneficio duxisse sese participes Juris istius fieri, qvod Nostra Florentissima felicissimis condidisset auspiciis, qvodque utilissimum esse Reipublicæ diuturno tot seculorum usu satis perspexisset, ut verbis D. Job. Gotl. Heineccii (a) utar. Qvo ipso factum, ut dicente Dan. Georg. Morhofio (b) nunc latissime tam intra, qvam extra Germaniam dominetur.

(a) Vid. Dissert. citata, §. I. p. 3. (b) Polyhistor Practicus sive Tom. III. Lib. VI. Sect. X. §. III. p. 112.

§ IV.

Deficientibus & aliis argumentis Juris hujus Commendationis,

titiis, qvorum tamen magnam copiam reperire licet apud Dav.
Mevium (a) & J. H. Bæbmerum (b) solum tot præstantissimarum Ci-
vitatum Judicium facile, ut credo, nulli non persvadeat harum le-
gum præclaritatem magnificam, qvas tot florentissimæ Urbes &
tunc Civitate donarunt, & nunc ceu Rhodias, de qvarum *Magni-*
ficiencia Strabo (c) leges, ut cum M. T. Cicerone (d) loqvar, omni-
bus omnium Philosophorum Bibliothecis longissime anteponunt.
Et si qvidem non adeo solliciti simus, utrum *Nostra* qvædam ex Ju-
re Saxonico in suis condendis Legibus decerpserit, an plurima si-
bi debeat soli? de quo *Arth. Duck* (e) & *Dav. Mevius* (f); Hoc tamen
certum, qvam qvod certissimum habemus, divinas *Lubeca* leges
vi *Magnificentæ* non argentanginâ laborare, tantum abest, ut
unquam muneribus aut largitionibus corruptæ, ut magis con-
stantes maneant Judges commodorum publicorum, idqve eo ci-
tius, qvo satius *Magnificentæ Personæ* rigorosæ & timoratae vitæ juxta
eas judicent prout in sua causa volunt judicari, non ἀλογος dicen-
te *D. Job. Mich Endter* (g). Id qvod inter alia & causæ fuerit, cur
& *Jus Romanum* et *Jus Lubencense* in Locis, primis Legislatoribus
plane non subjectis obseruentur, observante *Job. de Klein* (h) præ-
primis vero ubi idipsum non tam potestati Legislatoris primi,
qvam Dominis Territoriorum dictorum adscribendum, qui ante
dictis convicti ad Coiunctionem Kerumpublicarum commodius ser-
vandam peregrinas leges in suis territoriis habere passi sunt teste
Sam. Strykio (i). Ad Differentias Juris Lubencensis & Civilis qvod est,
de iis egit luculentius *Ant. Dan. Sonneman* (k) *Andr. Bilderbec* (l)
& *Paul Koch* (m) imprimis *D. Phil. Baltb. Gerdesius* (n),

- (a) Evolv. Comment. ad *Jus Lubec.* Proleg. Qv. I. n. 56. (b) Dissert. de *Æqvitate Le-*
gislatoria Juris Lubencensis in materia Testamenti, p. t. (c) Lib. XIV. p. 448. (d) Lib.
I. de Oration. Cap. 44. (e) Tract. de Ulu & Autoritate Juris Civilis Romanorum in Do-
miniis Principum Christianorum Lib. II. Cap. II. § XVI p. 68. (f) I. c. Qv. I. n. 55.
(g) Disp. de Judicis suspecti Recusatione, Thef. XIX. p. 15. (h) Notæ ad *W. A. Lauter-*
bach. Prooem. verb: *Jus Civile est magna autoritaris.* & Disp. de Inobedientia impuni-
vom unstrafbarem Ungehorsam / Cap. II. §. III. p. 22. (i) Disp. de Foro Conscientiæ, §.
IX. & X. (k) Disp. Præside S. Strykio habita de Differentiis Juris Lubencensis & Civilis p.

t. (l) Schediasma de Ead. Materia, p. t. (m) Schediasma, de jam dicta materia, (n)
Disp. de Differentiis Juris communis & Lubecensis p. t.

§. V.

Affulget præterea Lubecæ Magnificentia non solum ob id,
qvod Civitates Vandalicæ & ad Mare Balticum sitæ dependeant &
dirigantur a Republica Lubeca in tantum, ut jure municipali &
statutis utantur Lubecensibus teste Matth. Stephani (a); Verum &
qvod eo processerit, ut qvædam Civitates minores ad Majorem
Nostram in causis & litibus provocare & appellare earumque decisi-
onem & interpretationem in Casibus dubiis affirmante Ioh. Lymnaeo
(b) appetere assverint, qvod tamen magis in vim Consultatio-
nis, quam alicuius Jurisdictionis fieri censem. Ne Oppidi
Burgi in Insula Fimera siti mentionem injiciam, cum olim imme-
diate ad *Nostram* appellaverit, id qvod tamen postea a *Iohansen* Du-
ce in tantum restrictum, ut nonnisi ad Quatuor Civitates Hol-
satiae Jure Nostro gaudentes appellant (c). Specialiora affert Dn.
D. Taddel (d).

(a) Vid. Tract de Jurisdictione Imperii Romani P. I. Lib. II. Cap. VII. n. 340. (b) Addicio-
num ad Jus Publ. Tom. II. Addit. ad Lib. VII Cap. XXX. p. 277. (c) seu liquet ex Privile-
gio ad § VII. citato, ubi ita: (d) Herzog Johanssen Beigabdingungs-Brief i. w. rannen
Ihnen concedit und vergrößert wird mehr nicht an Lübeck / sondern an die vier Holstei-
nischen Städte in ihren Sachen zu appelliren / datirt zu Hadersleben / den 10. Oktbr.
1558. (d) Disp. de Appellatione ad Partem, p. t.

§. VI.

Stet Mars Apollini ad dextram (a) porrigitqye hanc hu-
jus Sinistræ Legibus vim addens. Non autem est de Jure Metato-
rum Militarium, qvod Statibus tam Secularibus, quam Ecclesiasti-
cis vigore territorialis Superioritatis competit, anxie qværas, num
eo ipso gaudeant Liberæ Imperii Civitates, imprimis *Nostra*? Cum
hoc iisdem minime denegandum sit (b) præcipue quo citius indubi-
tanter

tanter satis superque constet, qvod Hæ possideant Superioritatem Territoriale, die hohe Landes-Obrigkeit teste D. Hinr. Linkens (c). Qvam si a Superioritate territoriali Principum, der hohen Landes-Fürstlichen Obrigkeit distinxeris, facile apparebit error Andr. Knichenii (d) qvi omnibus viribus id intendit, ut Jus territoriale Civitatibus Imperii Liberis adimat; Verum enim vero uti Andr. Knichen a cordatoribus præsertim Th. Reinkingio (e) reprobus, ita Sanctione Publica (f) plane explosus est. Sententiae nostræ annuit Joh. Linnaeus (g) Herm. Hermes (h) Mart. Magerus (i). Quid igitur cauſa & scrupuli superfic, cur Noſſra Lubeca deneges hocce Regium Magnificentiam Superlativam involvens?

(a) Conf. Noſtrum Penſum Undecimum Διανοματος Στρατικη, Τερρον Προτερον
Sinistra & Dextra i c. verleht und schultert das Gewehr! Problem. III. §. II. seq. p. 9;
addito D. Goffr. Stransio in Disp. de Militia Togata & Ejui Vinculis cum Sagata, Theſ.
VII. seqq. (b) Inſtrumentum Pacis Cæſareo-Svecicum, Artic. IIX, §. Tam in Univer-
ſalibus. (c) Diſſert. de Metatis militaribus, vulgo Engpartitungen / § XXI. p. 18. (d)
Tract. de Jure Territoriali, Cap. I. n. 116, & Veititatione Apologetica, n. 15, 120, 130
seqq. (e) Tract. de Regimine Secul. & Ecclesiast. Lib. I. Claff. V. Cap. V. n. 1. p. 293.
(f) Pacificatio Osnabrugensis, Artic. IIX, §. 2. (g) Jur. Publ. Romano-German. Lib.
VII, Cap. I. n. 2. (h) Jus Public, Cap. XXXI, n. 20. (i) de Advocat. armat. Cap. VI. n. 187

§. VII.

Sicuti modo dicta active interpreteris, ita nunc qværas for-
ſitan, num & passive Jus Metatorum ſpectet ad Status Imperii li-
beros? Probe autem cum Joh. Otto Tabore (a) inter metata ordina-
ta & inordinata prius distinxeris, qvam qvæſtionem diuidas aut
componas Qvibus præſuppositis Republicæ Liberae ut Status Im-
perii ad illa ſolum modo tenetur, qvæ ſcilicet communi consenſu
propter utilitatem publicam, ad qvam vi immedietaria imperialis, qvæ
ſummi honoris & omnis dignitatis fonſteſte D. Chrift. Ant Cretſchne-
ro (b) obligantur, ipſis imposta (c). Secus ſe res habet in metatis
inordinatis, qvæ non ſecundum præſcriptum modum imponuntur,
neqve ad communem imperii defenſionem collimant, ad qvæ Sta-

C

tus

Cus Imperii & Liberas Republicas non obstrictos esse constat (d),
Qvo jure quid magnificentius?

(a) Vid. Tract. de Metatis, P. I. Cap. VII. Sect. I. Thes. VI. (b) Disp. de Delictis & Poenis Universitatum, Cap. IV. n. 32, p. 39. (c) Instrument. Osnabrigg. Artic. IX. §. 2. (d) Capitulatio Leopoldina, Artic. Wir gereden und versprechen auch (16) verb: Da auch von uns ad finem usque.

§. IX.

Civitatesne Imperii Liberæ Voto qvoque decisivo gaudeant? Scrutantur qvidem Nonnulli, iis nonnisi consultativum cum Dominico Arumæo (a) tribuentes; Ast quis sani sincipitis homo in luce meridiana nunc cœcutiret? Ubi alias D. Henr. Linkens (b) Christ. Wildvogel (c) Christ. Besoldus (d) G. V. H. vom Adel (e) M. O. R. A. C. (f) aliique ipsi oculos clausos redderent apertos. Maxime vero Lubeca Nostra de hocce gloriatur sibi que gratulatur eo dignus, qvo melius præ aliis præfulgens Magnificos ad decidendas arduas res imperii ac tantum non divinas Viros insimul sistere valet qvos sine omni formidine Exceptionis, ut Ille Reges ita nos Consules præsumimus & veneramur tales, qvales esse debent, dicente Job. Fried. Schneidet (g).

(a) Evolv. Tract. de Comitiis, Cap. VII. n. 147. (b) Disp. de Metatis militaribus, Coll. VI. p. 40. (c) Dissert. de Jure Collectarum, vom Sphœ- und Stuer. Recht / Thes. IX. p. 13. (d) Tract. de Statibus Reipublicæ subalternis, Cap. V. n. 9. (e) i.e. Gotlieb von Hagen in Comitologia Ratisbonensi de Anno 1654, Part. III. Dissert IV. §. 95. p. 149. §. 110. p. 174. (f) i.e. Marcus Otto Reipublicæ Argentoratensis Consiliarius Job. Henr. Beclere allegatus in Notitia S. R. J. Lib. XI. Cap. III. p. 148 seq.

IX.

Jus Legationis qvod attinet, Populi, & Republicæ Venetorum, Genuatum primariam sibi jure vindicare student; Secundaria ceu beneficio Imperatoris, ut Regalibus aliis majoribus, aliis minoribus omnino gaudent pari ratione Republicæ Liberæ, quid est qvod & Hanseaticæ, dissentientibus licet Herm. Kirchnero (a) & Bened.

Bened. Carpzovio (b) cum Principibus Imperii recte annuente cum aliis D. Sim. Battierio (c) & D. Henr. Hahnio (d). Qvicqvid autem est de jam allara Legationis Distinctione, ab His missi proprie Legati S. Battierio (e) non audiant, sed modo qvatenu ad Imperatorem & Imperii Comitia, ubi merito Mareschallum de As signatione Metatorum appellant teste D. Henr. Linkens (f) mittuntur Deputati, Selecti, Ablegati (Abgesandte, Abgeordnete) vocentur. Etsi quidem D. Christ. Wildvogelio (g) ea ipsa sint Synonyma. Quā Solennia Legatorum Liberarum Rerumpublicarum nitidissime D. Bernb. Bertramus (h) Christ. Besoldus (i). Quid autem magnificientius hoc ipso Nostrae competente?

(a) Conf. Tract. de Jure Legatorum Lib. I. Cap. III. p. 33. (b) Comment. ad L. Reg. German. Cap. VII. Sect. X. (c) Semi Centuria Assertionum de Legatis & Legationibus, Thef. IIIX. & IX. (d) Disp. de Legationibus sive Legatorum Autoritate, Privilegiis, Thef. IIIX. & IX. (e) Disp. de Metatis Palatinis vulgo Ablager Thef. XXII. p. 21. seq p. 707. (e) l. c. (f) Disp. de Scamno Comitoriorum transverso vulgo von der Quer-Wand / Sect. I. §. XII. (g) Disp. de Comitiis Imperii Romano-Germanici, Membr. IV. Thef. 55. jundis p. II. (h) Disp. de Comitiis Imperii Romano-Germanici, Membr. IV. Thef. 55. jundis p. II. Recess. Wormat. de Anno 1545. §. dem alten nach & Recef. Ratibon. de Anno 1546. §. Die well wir aber utrinque ibi: Dazu auch des H. Reichs-Städte Ihre Vollmächtige Räte und Bischaffeten mit vollkommener Gewalt/ seq. (i) Tractat de Legatis corumque Ju re, Cap. VII. n. 5.

§. X.

De controversia ob Äqvipollentiam Liberarum Rerumpublicarum & ordinum aliorum in Comitiis agitata Christ. Lehmannus (a) docet huc quadrantia. Ubi insimul Nostrae Viri Magnifici Legati satis superque sciunt proratione circumstantiarum comparative loquendo, qvod verba facilius penetrant, qvæ molli vadunt via, qvam aspera; contentioque melius solvatur blandis verbis & benignitate, qvam repugnando. Qvippe difficile dictu est, quanto pere conciliat animos Magnificorum Comitas Affabilitasque sermons Magnifici teste M. T. Cicerone (b) assidente Thom. Henrici (c); Præprimis probe gnari, ubi loquendum sit Severius, ubi magnificientius, ubi submissius, ubi durius ceu Legato Mediatori svadet Joh. Paul. Felwinger (d).

C 2

(c)

(c) Vid Cheonicon Spirens, ubi ita: - Hernach haben die Oberen-Stände im Reichs-Rath vermelden lassen / daß Chur-Fürsten und andere Stände anders nicht wissen / denn daß die freie Reichs-Städte Stände des Reichs/ die Sie auch zu jederzeit daß sie erkennen / gehalten und zu den Reichs-Tagen erforderet und mit ihnen referiret und correferiret haben. Unde H. Hahn l. c. pag. 702 ita infert: Qva profecto talia sunt, ut vix aliud paeſfaciant, qvam Liberas Civitates in æquas cum Electorum & Principum ordine partes Imperii gubernandi venire.

§. XI.

Qva Jus Monopoliorum hoc omnino spectat Legum Noſtre Magnificentia, qvod, præmissa distinctione ratione subjecti in publica & privata, ubi hæc singula personæ privatæ, vel Collegia Opificum Artificumqve D. Henr. Scheinel (a), qvibus id Juris a Republica concessum exercent, dicente Job. Frid. Schneider (b) extra hunc casum monopolia privatorum regulariſer sint prohibita, ita ut in Civitatibus Jure Lubecensi utentibus Vinum Rhenanum non nisi in Cella Vinaria Senatus vendatur, approbante Dav. Mevio (c). Unde eodem jure cautum legitur, daß niemand Wein einlegen und verzapfenolle ohne E. E. Rath's ſonderliche Zulassung, quo & tendit Gothofr. Christ. Leiferus (d).

(a) Conf. Disp. de Collegiis Opificium p. t. Præſide Silv. Jac. Danckelmanno Heidelbergæ habita. (b) Disp. de Principe Monopola, Cap I. §. X. p 51. (c) Comment. ad J. L. Lib. III. Tit. V. Art. XII. in Addit n. 4. (d) Jus Georgicum Lib. III. Cap. XX. n. 3. in fin. pag. 686.

§. XII.

Offert se porro Magnificentia Noſtre, quando Rerumpubli- carum Hanſaticarum Princeps Historicis audit ex eo, qvod teste Theod Reinkingio (a) hic ceu Circulo Beatitudinis Scientificæ & Sa- pientiæ magnificæ qvotannis convenerint. Hujus Hanſatici feude- ris Originem ad Annum Christi MCC. Imperante Friderico II. re- fert Dav Chytraeus (b) arrepta occasione e turbulentio iſtius tempe- statis cursu; vel ut mayult Warenum ab Ehrenberg (c) circa An- num Christi MCXXVII. Qvæ tandem Hanſatica Societas privi- legiis

legiis & Immunitatibus ex Herm. Conringii (d) Sententia pene monopolicis munita & paulatim foederatorum multitudine, potentia & opibus vel adeo amplificata est, ut per viginti Lustra florentissime vigens ipsis. qvorum beneficio augebatur, formidabilis quinimo invidiosa redderetur.

(a) Vid. Tract. de Regim S. & E. Lib. I. Class. IV. Cap. XX. n. 69. p. 246. (b) Chronicon Saxonicum, Cap. XXIII. fol. 671. (c) Tract. de Foederibus, Lib. I. Cap. II. n. 44. (d) Notæ ad Fac. Lampadum de Republica Rom.-German., Cap. ultim. §. ult.

§. XIII.

Vicissitudine omnibus rebus innata postea Hanseatici Monopolii numerum diminuente Nostra, ubi Hanseatici Foederis Archivum reperitur teste Rurg Rulando (a) qvæque foederis una cum aliis Vandalicis, qvæ appellantur Urbibus, Caput semper audierit, referente D. Henr Hahn (b) Hamburgum, Brema magnifice stant, vigent, florent rudera huc usqve conservatum euntis Autore Christ. Beccmanno (c). De Magnificentia vero juxta ac infucata hujus Societatis, ratione, varii olim varias tulerunt sententias, qvas affert collectas Autor *Anonymous* (d) ulterius exultas offert Job. Joach. Hemeier (e) Job Angel a Wardenhagen (f) J. G. de Kulpis (g) aliiqve.

(a) Vid. Tract. de Commissariis P. II. Lib. V. Cap. IV. n. 39. p. 184. Col. I. (b) Dissertationum Fritschianarum Tom. II. XIV. Thes. XXXII. p. 720. (c) Orbis Terr. Geograph P. I. Cap. IX. p. 341. (d) Tract. der vereinigten Teutschen Hanse-Städte kurze Rothwundige Verantwortung/ samt angehängter Proclamation wieder etlich neulich spargirte Schriften/ darin der alte Hänische Bund vor eine verbathene Liga, Faction und Conspiration übel angezogen und verworffen wird. (e) Tract. de Foedere Hanseatico, p. 1. (f) Tract. de Rebus publicis Hanseaticis. (g) Notæ ad Sever. de Monzambano i. e. Pufendorfium Parte III. Cap. III. §. 9 & 10. p. 27.

§. XIV.

Qyæritur de Jure Salvi Conductus, utrum hoc ipsum Rebus publicis liberis conseqventer Nostræ competat? Verum qyid impedit, qvo minus huic libere id afferas. Qyippe sua habet territoria.

C;

Jam

Jam vero est Juris certi, qvod Imperii Ordines tantum in territoriis regionibus suis valeant, quantum Imperator in Imperio, teste Theod. Reinkindio (a) D. Cbr. Ph. Richter (b). Qvis hinc Nostræ hoc regale dubium reddat? Affirmativæ robur additur in *Aurea Bulla* (c) assentiente Hinr. Brunningio (d) Thom. Maulio (e). Gaudet enim ut alia jure Territorii, die hohe Landes Herrlichkeit teste Matth. Stephani (f) Anonymo (g) juncto Petr. Pancrat. Krauß (h). Insuper Silentii populo involutis, qvæ affert Ernſt. Cothmannus (i) Ducibus Imperii similibusqve iter per Noſtra territoriorum facientibus gratu- landi, eosqve magnifice excipiendi, comitandi & ad fines territo- rii sui deducendi jus habeat.

- (a) Conf. de hoc Brocardico Tract. de RegimineS & E. Lib. I. Claff. V. Cap. VI. p. 295.
- (b) Decisionum Part. I. Dec. IV. n. 16. (c) Tit. I. si quis autem Princeps. (d) Tract. de Variis Universitatibus Speciebus, §. XXII. (e) Tract. de Salvō Conductu, Tit. II. n. II.
- (f) Tract. de Jurisdictione Imperii Romani, Part. I. Lib. II. Cap. I. n. 93. (g) Autor des Gründlichen Berichts der Reichs-Stadt Friedberg Regalien, Cap. II n. 15, & Cap. I. n. 203, sibi præprimis dicitur, das sie die Land-Straff mit dem Salte zu ber- schehen leq. (h) Disp. de Regali Salvi Conductu Cap. VI. § V. (i) Vol. III. Conf. XXIX. n. 532.

§. XV.

De Jure Collectandi, non est qvod qværam, utrum Noſtra isto gaudeat? Qvippe vi Superioritatis Territorialis, meri Imperii & omnimodæ Jurisdictionis non minus ac Principes in suis ditionibus jure Superioritatis utitur Regalium capax & ad eorum Exemplum regalia & fiscalia jura habere intelligitur, teste Christ. Beſoldo (a) Christ. Wildvogel (b). Ne dicam, qvod posito territorio immediate ab Imperatore recognito, & ponatur territorii annexum Superioritas scilicet; Porro est inter Status Imperii recepta, hinc non nomen inane habet. Hoc argumentum quidem non adeo stringat, præprimis cum Jus Sessuri & Suffragii Statum in esse suo conficiat sine relatione territorii; Interim tamen Jure moderno ex Capitulationibus requiritur ceu causa fine qva non gaudere territorio. Omisso, qvod Christ. Wildvogel (c) affert de Jure reformati, aliorumqve actuum ad Jus Episcopale pertinen- tium.

tium. Ad Objectionem, Superioritatem territorialem dici die Landes-Fürstliche Obrigkeit, regero, qvod hæc ipsa denominetur a persona dominante, ubi qvæ in Principe est Landes-Fürstlich, in Comite Gräflich, ea in Republica & Civitate dicitur Städtisch alsentiente Joh. Meischnero (d).

(a) Evolv. Disp. Polit. Clas. I. Disp. IX. Thes. X. (b) Disp. de Jure Collectarum, vom Schöf Steuer-Richt / Thes. VII. p. 12. (c) I. c. (d) Decis. Camer. Imper. Tom. II. Lib. I. Decis. IIX. n. 3.

§. XVI.

Ulterius considerandum est, num Nostra ut Status Imperii habeat Jus Repressiarum? Liberae Civitates ut Status Imperii ac Principes necessitate exigente Repressalias exercere possunt omnino, demandato insimul Earum exercitio & exactione inferioribus Magistratibus. Qvod Statibus Imperii Principibus Germaniae pariter & Liberis Rebuspublicis ex antiquissimo libertatis prætenso liceat arma sumere, militem proprium ad Suorum commodum conscribere (a); ubi jure agere ipsi non possunt, aliorum auxilio destituti, & ubi periculum in mora, nihil sane dubii residet; Modus tamen in Recessibus Imperii expresse præscriptus est (a) qvæm omnino observare neqve transgredi licet, monente Jac. Lampadio (b) & Casp. Zieglero (c). Hæc oīcē παρόδω. Cæterum misso, qvod ordines Imperii sine præscitu Imperatoris bella gerere non possint, nodum solutum euntibus distingvendum erit inter bella, qvæ inter ipsos Ordines & qvæ inter Ordines & alios Fx-teros geruntur. Restriictis restringendis qvoad priora, posteriora Experientia locuples testis salvabit. Qvibus præsuppositis omnino inferas, qvod cui licet bellum movere, cujus exempla reperire licet qvæ Nostram apud Anonymum (d) & Warnemund ab Ehrenberg (e) quinimo Delectum agere, fabricare & parare Tormenta bellica, cuique competit Jus Armandiaæ (Zeug- und Rüst-Häuser), Jus Muniendi, Jus Seqvelæ, Fœderis, & qvæ sint alia, eidem, & licet Repressalias indulgere; Nam si id, qvod majus verum, & id,

id, qvod minus est, verum erit. Ne meminerim, qvod Repressilia ad Regalia & Jura majora, in qvibus Suprema Reipublicæ Magnifica Potestas & Dignitas Consularis reluet, pertineat teste Conrad von Einsiedel (f).

(a) Conf. Constitutio Pacis Publicæ de Anno 1521, Recessus Imperii de Anno 1555, 64, 66, 70, 76, 82, 94, 98 (b) Tract. de Constitutione Reipublicæ Romanæ - Germanicæ, Part. III. Cap. XVI. §. 19. (c) Comm. Concluf. S. Landolfi, n. 168 seq. (d) Der vereinigten Teutschend. Hanse. Städte Furge / nothwendige Verantwortung. (e) Tract. de Federibus, Lib. I. Cap. II. n. 56. (f) Tract. de Regalibus, Cap. II, n. 43.

§. XVII.

Jus Emigrationis & Detractionis competatne Noſtre ut & aliis Rebuspublicis? Non possumus non qvæſita affirmare. Qvippe hæ cum cæteris Statibus Imperii eodem in suo territorio jure, aut reliquæ etiam pacitiae, qvæ à uoxuia sua gaudent, hoc introducere debito modo queant, fusiū hæc pertractantibus Chriſt. Schwanmanno (a) Job. Andr. Craſto (b) Dan. Clafen (c) Alexand. Caroc. (d) Job. Eichel (e) Job. Jodoc. Beck (f) Otto Phil. Zeppero (g) præprimis Henr. Coccejo (h) Gabr. Swedero (i) Job. Nic. Hertio (k) Chriſt. Thomasio (l) Job. Fr. de R̄bez (m) indubium videtur, cum & secundum talia five Statuta five Consuetudines Camera imperialis pronunciare teneatur (n) accedente Job. Mart. Brandes (o). Debetur autem illud pretium, qvod totius fere Germaniæ & cæterorum Europæ Regnum confuetudine certum pro migratione penditur & quidem pro locorum diversitate diversimode teste Andr. Gail (p); ex Statuto non tantum ob mutationem Domicilii, Wann man das Bürger-Recht aufkündigt und wegziehet, qvod alias pretium emigrandi dicunt, de quo proprie h. l; Sed & si res aliæ per Contratum inter vivos ad forenses transferuntur, wann man an fremden Orten erbet oder etwas an ſich bringet und daher den Abschöß erleget, id qvod in specie Jus Detractionis dicitur. Unde Paul. Matth. Wehner (q) Nic. Myler ab Ehrenbach (r) Phil. Ludov. Avthæus (s) sat accurate distingvunt inter Jus Detractionis ratione emi-

emigrantium ē territorio; Nach-Schoß und Nach-Steuer. Et
Jus Detractionis ratione bona ē territorio trahentium, Abzug der
ausgesessenen Personen, nisi Principes vel Magistratus Reipublicæ
mutuis pactis illam sibi invicem remiserint, de quo El. Aug. Stryk
(t) quo & Spectat Jus decimandi Metalli, auri, argenti fodinarum
& Salinarum in fundo privato repertarum, docente Henning.
Gæden (u).

(a) Vid. Tract. de Jure detractionis & emigrationis, p. t. (b) de Jure Detraſtus. (c) de
Jure detractus. (d) Disp. de Quota detraſtus. (e) Diff. de Jure Detractionis & Emigrati-
onis, p. t. (f) Tract. de Jure Detractionis, Emigrationis & Laudemii, vñ Abſchöff
Nachſteuer und Hand. Kohn / p. t. (g) de Jure Detraſtus. (h) Jur. Publ. Cap. XXIII.
§ 53. (i) Jure Publ. Part. Special. Scđt. II. Cap. XV §. 4. (k) Responſorum Tom. I. Resp.
§ 289. (l) Difſert. de Jure Detractionis §. 14. (m) Inſtit. Jur. Publ. Lib. II. Tit. XV. &
Tract. de Sarcina emigrantium, Cap. III. Theſ. II. seq. (n) Ordinatio Cameralis P. I. Tit.
LVI. (o) Disp. de Jure emigrationis & detractionis, Difſertationum Eriftſchianarum IV.
Part. II. Theſ. 19. p. 133. (p) Obſervatt. Lib. II. Obſ. XXXV. n. 9. p. 347. (q) Obſervatt.
Select. voce: Nachſteuer p. 379. (r) Tract. de Jure Principum & Statuum Imperii, Part.
II. Cap. LXIII. § 13. (s) Supplement. Practic. in Obſervat. P. M. Wehneri, voce: Ab-
ſchöff p. t. (t) Difſert. de Domicili mutatione, Cap. II. n. 46. seq. (u) Consil. II. & III.
de Auri & Argenti Fodiniſ.

§. XIX.

De Jure monetandi testatur Privilegium Ludovici Bavari Im-
peratoris, quo ipso Noſtræ concesſit, quod Ipsi valeat Nummos &
denarios aureos & argenteos fabricare & licite monetare, ſicut ipſi
videbitur, quod ei & ſuæ communitati utilius fuerit & melius op-
portunum, ita ſane, ut unus aureus Lubecensis non fit gravior
pondere & valore, quam florenus aureus de Florentia, argen-
teus vero ſex bonorum & dativorum Hallenſium non excedat, de
quo pluribus Joh. Jac. Moſer (a) & Conſtitutio Lubecensis (b).

(a) Evolv. Reichs. Städtisches Hand-Buch / Part. II. Cap. XXIX, n. IX, p. 169. (b)
Münz-Ordnung beyder Städte Lubek und Hamburg de Anno 1618.

§. XIX.

Miſſo Jure restituendæ Famæ, jure indulgendi delicta & re-
mit-

mittendi pœnas capitales, qvæ qvidem Rebuspublicis Liberis restrictive afferere videtur *Theod. Reinkingius* (a); misso Jure jura communia inconsulto Imperatore tollendi, qvæ talia *Andr. Gail* (b) speciatim in Imperii Civitatibus liberis exemplificatum ivit; intacto jure conducendi peregrinantes per vias publicas, die *Gleidliche* Oz brigkeit auf freyer Kayserl. Heer- und Reichs-Strasse, de quo *Job. Meischner* (c); jure concedendi Debitoribus indulta moratoria vulgo *Anstands-Brieße*, de qvibus *Wilh. Antonio* (d); jure in bona Spuriorum & sine hærede decedentium succedendi, afferente *Joach. Mynsingero* (e); Damnatorum bona confiscandi teste *Andr. Gail* (f) & *Regner. Sixtino* (g); jure exeqvendi in Effigie, de quo *D. Arn. Wicht* (h); jure foresti, referente *Job. Jac. Moser* (i) jure judicandi in propria causa, approbante *Ern. Cothmanno* (k) jure Archivi, jure concedendi nundinas in suis ditionibus, de quo *Bernb. Grævius* (l); jure piscatorios actus in flumine publico prohibendi, de quo *Job. Köppen* (m) *Job. Limnaeus* (n); Tandem de Jure Magistratum creandi paucissima afferre licebit.

(a) Vid. I.c. Lib. I Claff V. Cap. VII. n. 26 p. 302. (b) Tract. de Arrestis imperii Cap. XI. n. 1. sq. p. 257. (c) Decision. Camer. Imperii, Tom II. Lib. II. Decis. IV. n. 172. in Causa Ingelheim contra Psalt. (d) Tract. de Rescriptis moratoris, Tit. VI. Concl. XII. p. 1. (e) Consil. LVIII n. 2. (f) Lib. II Observat. LXXXVI. n. 4. p. 457. (g) Tract. de Regulibus, Lib. II. Cap. XII. n. 10. seq. (h) Disp. de Executione in Effigie, Thes. X. p. 14. & XIX. p. 23. (i) Reichs-Städtisches Hand-Buch Part. II. Cap. XXIX. n. I p. 162 (k) Consil. Vol III. Cons. XXIX. p. 23. (l) Tract. de Practicis Conclusionibus, Lib. II. Concl. 60. Consideratio I. (m) Decis. XX. n. 4. (n) Additionum ad Jus Publ. Tom. II. ad Lib. VII. Cap. XXX. p. 279.

§. XX.

Herm. Conringio (a) qvidem videtur hanc Magnificentiam Magistratum creandi Civibus Reipublicæ Lubecæ secundis citius adstruere ex testimonio *Mart. Crufii* (d) seducto. At enim vero, quis qvæsto ista sibi imaginaretur intuens verba Recessus de Anno 1669, ubi ita: - - - So ist beliebet und verglichen, daß hinführro die Wahl derer, so zu Rath gezogen werden sollen, wie jederzeit
Her-

herkommens gewesen, also auch hinsühro bey dem Rath allein ohne einige der Zünften Linrede oder Erinnerung verbleiben solle. Totum Recessum exhibet Job. Jac. Moser (c) Et quæ Magnificus Senatus hoc in puncto ut in aliis statuit & ordinat, in corrupte serventur; si quis autem in Statuta peccat, pro arbitrio Ordinationis in ipsum animadvertat (d). Interim Gradus Consangvinitatis relativæ probe observandos Conscientiae Ipsius Majores reliquerunt (e).

(a) Conf. Disp. de Urbibus Imperii §. CXXIV. (b) Annal. Part. III. Lib. II. Cap. 17. (c) Reichs-Städtisches Hand-Buch / P. II. Cap. XXIX. n. XXII. p. 203. (d) Statuta und Stadt-Recht / Lib. I Tit. I. Art. II. (e) I. c. Art. V.

§. XXI.

Circa Jus Austregarum, utrum hoc ipso Nostra gaudeat? citius qværeres. Theod. Reinking (a) omnino illud omnibus Civitatibus Imperialibus, Statibus Imperii licet, adimit, qvibusdam tamen exceptis. Qvo & tendit Petr. Fried. Mindanus (b) addita restrictione, qvod qvædam interim habeant peculiares Austregas, ut Argentina, Memminga, &c. t. a. de qvo non injucunde judicat Gorlieb von Hagen (c) diese dergleichen inquit, sehen der Art von Alten Compromissen und Interpositionen fast ähulicher, als den Austrägen. Qvare Job. Fichardus (d) putat, qvod Principes Civitatem Imperialem juxta Austregas (e) convenire possint, ne scilicet in duriori causa versari videantur respectu illius, qvam Prælatorum, Comitum & Nobilium. Ast adversatur And. Gail (f) subnixus De-ciso in Causa Sachsen-Lauenburg contra Lübeck. Est quidem in Recessu Imperii (g) Imperii Statibus & Subjectis, qui vi Ordinationis Cameralis (h) originaliter privilegiatas Instantias & Austregas habent, multum, qvod tale Jus isto ardore ipsis sit confirmatum; Interim & audias P. Fr. Mindanum (i) Nostra ut & aliarum Rerum-publicarum Glorie adminiculantem qvam optime. Annexantur hisce non ubivis obvia, qvæ Christ. Schwanmannus (k) afferit de Privilegiatis Singularibus primis Instantiis von den Austragern Ele-

ctorum; Principum, qvi ad primum, Rerumpublicarum libera-
rum, qvæ ad Secundum referuntur ordinem.

- (a) Vid. Tract. de Regim. Sec. & Ecc. Lib. II. Class. II. Cap. XVI. n. 12 p. 449. (b)
Tract. de Process. Cammeral. Lib. I. Cap. XIX n. 21. (c) Comitiologia Ratisbonens. de
Anno 1654, Part. V. p. n. 396. (d) Consil. P. II. Conf. 129. Qv. III. (e) II. Ordinat.
Camerall. Tit. III. (f) Lib. I. Observ. I. n. 20. (g) de Anno 1654, §. 98. Benebens
sollen Cammer-Gerichte seq. (h) der Cammer-Gerichts Ordnung/ Part. II. Tit. I. II. IV.
(i) I. o. ubi ita: Damit bezeuget werde/ wie hoch unter den Obrigkeiten / sonderlich die
Reichs-Städte und Ihr Respect uno Wohlfaht für den Kaiser und den Reichs-Städten
geachtet sey / als si eben in denselben S. neben den Privilegiis dener Ersten Almächtiglichen
Instantien davieder ad avertendam vexam litis, auch Ihnen (den Obrigkeiten in den Städ-
ten) zum Respect verordnet/ daß am Cammer-Gericht den Bürgern wieder ihre Obrigkeiten
die Proceszen nicht leichtlich erkannt/ sondern daß vorher an dieselben im Berichts-
Schreiben eingekommen werden solle/ massen seltjes auch in dem Deputation-Abschied
de Anno 1600 enthalten; Qui adjungatur Dn. Magenhorst in Centur. Observatt. Cameral.
n. 49. alwo sich ein deutliches prejudicium Camerali vorfindet. Vorauß in Eventum dies-
ser Effect folget/ daß in fäll ad importunas preces der Bürger und Unterthanen von der
Hohen Obrigkeit obn vorhergehende Bericht-Schreiben scharfe Procelle emanant solent/
der Magistrat sich lediglich auf das in vorgesagten Reichs-Sagungen fundirtes Jus bezlehen
dürffe. (k) Observat. Practic. Camer. Imperialis, Observ. XIV. n. 2. 3. p. 27.

§. XXII.

Ad hæc auget Magnificentiam Noſtre inter alia Priviliegium
Radolfi II. Imperatoris de non Appellando Anno 1588 ipſi conces-
ſum, de quo Job. Jac. Moser (a) ſpeciatim, ſicut & reperire licet
idem Statutis Lubecensibus affixum. Cujus Magnificentia pre-
privis meminit Andr. Gail (b). Summa autem appellabilis Reipublicæ
hujus uti olim fuerunt Quadraginta Floreni Lubecenses, qvæ poſtea
ad Ducentos Florenos valoris Lubecensis; ita hodie ad D. Aureos
florenos redacta eſt, infra qvam Summam nec a definitiva, nec ab
Interlocutoria appellare licet. Qvod ſi in Casibus permittis appelle-
tur, Appellans intra decendium præter Appellationem interpoſi-
tam Florenum Lubecensem deponere ac inferre, nec non juramen-
tum & Cautionem ſub Obligatione Corporis Appellato petente præ-
ſtare debet. Deinde a Republica Lubeca contra proprium Chiro-
graphum vel Confessionem in debitibus apertis, liquidis & confessis
plane non appelletur.

(a) Conf. Reichs-Städtisches Hand-Buch P. II. Cap. XXIX. n. XIV. p. 176. seq. (b) Rela-
tio Priviliegiorum novissimorum de non appellando Statibus Imperii concessorum, Lubeca.

XXII.

§. XXIII.

Ast quid de *Noſtre* Magnificis glorier? Num & propria Imperatoris fint communicabilia Magnificentiae Consulari? utique. Sunt enim incomunicabilia in ſubiecto Separato, non vero unito. Quid igitur impedit, quo minus ut alias Republicas, ita hoc magis *Lubecam* Rebus publicis Italiae recte compares cum *Scipione Gentili* (a). Hæc qvippe ſicut alia qvicquid roboris Galliae Civitatis præ ſe ferant, ſuo valore ac fortificatione incomparabili ſpernens magnifice antecellit, teſte *Gorl. von Hagen* (b). Quid qvæſo majus majoribus Majestatis juribus inter alia, potestate legislatoria, afferente *D. Andr. Amſeln* (c). Ad cujus normam in caulis tam civilibus qvam criminalibus unicuique fine mora & fuco magnifice tribuunt Magnifici ab odio & inimicitia alieni neqve unqvam in Injustitia partem inclinantes

(a) Vid. Tract. de Jurisdictione, Lib. III, Cap. XXII. (b) Comitiologiae Ratisbonensis Part. IV. Diff. V. § 89. p. 200 (c) Diſp. de Majoribus Majestatis Juribus, Cap. III. Theſ. I. p. 17.

§. XXIV.

Qvandoqvidem nunc plus ſimplici vice accidat, ut non paucito Proceſſuum itinere vaillantes & hæſitantes in frontispicio ſucatarum rerum ſuarum tandem in extremo aētu deficiant iuſtitia paſſiva circumdati ac ſuperfuſi, dicente *Thom. Mortono* (a), num vel Hi iſpi pari ratione ex intimis cordis penetralibus de Magnifico Senatus Ordine ſibi gratulentur? Difficulter id mihi perſuadeam. Maxime ubi Iſtiusmodi Homunciones ſe Salomone mentiuntur Sapientiores; Verum enim vero ſugillett tacite nomina, cum omnia ipsos publice maneant. Proxime autem hæc talia cordatoria a *Dn. D. Dan. Trillers* (b) porrecta, qvibusdam lituram ſtatifticam paſſis, mihi legere licuisse, in memoriam revocare juvat, qvæ ſeqventis ſunt tenoris:

Mag die Gedult hie auch geduldig bleiben,

Mag ſie der Zorn nicht aus dem Circul treiben,

Wann Neid und Thorheit Weißheit zu verwerfen,

Die Klauen ſchärfen?

Der Hase darf ſich vor dem Löwen ſtellen,

Die Mücke will den Elephanten fallen,

Die

Die Eule wird selbst über Schwan und Adler,
Ein thüner Läbler.

Verderbte Zeit! O mehr als blinde Leute,
Sieht doch vorher die gar zu dicken Häute,
(Bevor Ihr wollt zu scharfen Richtern taugen)

Von Euren Augen.

Erkennet doch, daß Ihr im finstern tappet,
Nach Wolken greift und nach den Schatten schnappet,
Und wagt es nicht an Groß- und Weisen Geistern,
Selbst was zu meistern.

Wie ist es dort dem Marsias ergangen,
Seht Ihr nicht noch sein Fell am Baume hangen,
Das Phobus Ihm durch Nach und Recht bewogen,
Frey abgezogen.

Die Türke und der Arachnen Weben,
Kan Euch auch noch ein warnend Beyspiel geben,
Damit Ihr nie im Urtheil weiter gehet,
Als ihr verstehet.

Ein festes Haus wird um so fester stehen,
Je mehr die Winde an den Eck-Stein wehen,
Ein Baum der tief die Wurzel eingeschlagen,
Kan alles tragen.

(a) Conf. Dissert. Regia Causa seu de Autoritate & Dignitate Principum Christianorum,
Roberti Bellarmini Tractatui de Officio Principis Christiani opposita, Animadvers. I, p. m.
301. (b) Poetische Betrachtung über verschiedene aus der Natur- und Sitten-reiche genom-
mene Materien zu Bewährung der Wahrheit der Christlichen Religion denen Altheisten und
Naturalisten entgegen gesetzt / p. 288.

XXV.

Qvis non utroque hauriat oculo Justitiae & Commutativæ &
Distributivæ Magnificentiam. Est quidem ita comparata, ut ista di-
recte, haec indirecte expetat sibi satisfactura. Non autem e re esse
videtur argumentorum farragine ulterius Magnificentiam Magnifi-
corum dilucidare, cum id ipsum mearum partium imbecillium non
sit. Res ipsa autem pertractata loqvatur me obmutescente, ubi sic
magnifica interpretatio sibi, non mihi profuerit. Interim spem spe-
ro, fore, ut Magnificus Senatus voluntatem meam simplicem & sat
cito & sat bene componere lubeat. Qya spe fretus toto pectore gra-
tulor Nostræ Bicipitem Aquilam, als ein Zeichen der hohen Adelshaft,
teste

teste D. Joh. Christ. Wagenseilio (a); Gratulor Elogia ac Titulos Nostræ Magnificos, Edic, Heilige, Würdige, qvos cumulatim assert Joh. Linneus (b) quo ipso contra argumenta Nobilitatis Eqvestris immediata Præcedentia ac prærogativa Magnifica ex se ipsa satis elucet; Gratulor Politiam magnifice perfectam atque incolumitatem omnibus numeris & partibus Reipublicæ expletam, vi cuius Elementa & Stamina Societatis majoris sunt ipsæ Societates minores, ubi in triplici Statu omnes stant, nullibi inclinantes; Gratulor Viros Magnificos, qvorum Magnificentia ac summus Honor nummis neque Imorum neque Summorum unquam exponatur teste D. Georg. Engelbrecht (c); Gratulor Auream Coronam Aqvilam bicipitem coronantem; Gratulor Ornamenta Magnifica ac honorifica, de quibus Petr. Müllerus (d); Gratulor Publica Negotia Magnifica & intra & extra Curiam, qvæ recenset Georg. Engelbrecht (e); Gratulor Magnifica Privilegia Consularia eaque vel privativa vel positiva; inter Hæc, ut Magnifici libere accedant Sacrum Comitatum i.e. Principis Aulam sine Sacra Revocatoria i.e. Diplomate Principis, quo absentem revocabat, id quod & de toto Senatu Amplissimo asserit Jus Civile (f); Gratulor Magnificos Consules & Syndicos Doctores, qvin imo non Doctores Doctoribus merito præferendos, teste D. Petr. Müller (g); Gratulor Magnificum Senatum Praeterita, præsentia & futura circumspete curantem.

(a) Conf. Disputt. Circular. Jur. Publ. Disp. V. §. XXIX. p. 38. (b) Jur. Publ. Lib. VII. Cap. I. n. 41-45. (d) Disp. de Consulibus, Cap. IV. §. VI. (e) Disp. de Causis Honorum von Ehrenfällen/ Sect. V. Thes. IX. seq. (f) I. c. Cap. VII. §. II. seq. (g) I. ult. I. 15. C. de Dignitat. I. 9. C de Offic. Rector Provinc. (h) I. c. Sect. III. Thes. IX.

S. XXVI.

Nihil igitur nunc restat, nisi ut tot tantasqve Civium & que ac Subjectorum Terrarumqve Lubecensum Felicitates ad Datorem datorum referam lætabundus. Faxit Summum Numen, id quod precabor, qvoad ejus νοήσει τὰ ἔσχατα facere potero, ut hæ Nostræ Felicitates hoc novo anno nova indies incrementa sumant, incredibilisqve nanciscantur accessiones. Denique faxit Trinunus ut Felicitates Consulares Magnifica & præsentes & futurae Fontium sint perennitas, utpote a cuius auspiciacissimo omnia Ecclesiastica pariter ac Politica magnifice dirigente Regimine in tot Civium multitudinem vix enumerandam faustissima qvævis ac prosperrima deriventur magnificantius ad ultimum æternitatis

CO-

COROLLARIA.

I. Nobiles, qui in una Provincia habitentur, in alia reputantur ignobiles (a).

(a) Conf. Ad. Balth. Wernerus de Civium Svidnicensium Jure emendi feuda nobilia, Dissert. I. §. IX. pag. 18.

II. Distinctio inter Reichs- & Freye Reichs-Städte est nulla (a); Etsi quidem Eine Reichs-Stadt olim plus involverit, quam Eine Freye Reichs-Stadt (b).

(a) Conf. D. Chriſt. Liebenthal in Collegii Politici Exercit. IX. περὶ φύσιον, Thes. LXV. pag. 176. (b) D. Georg. Engelbrecht Disp. de Consulibus, Cap. I. §. XIII.

III. Dantur Respublicæ in Republica (a).

(a) Conf. de hoc Plurali in Singulari existente D. Joach. Henr. Sibrandii Disp. de Statu seu Forma S. R. Imperii varias Autorum Sententias exhibens, Cap. I. §. 10. pag. 14; juncto L. Job Werlhof, Specim. I. Notitiae S. R. I. enucleatæ & in Succinctas Theses memoriales digestæ, Lib. I. Cap. I. Thes. IX. p. 5.

IV. Dantur Respublicæ non Monarchicæ (a).

(a) Vid. Gott. Sam. Treuer in Disp. de Autoritate & Fide Gentium & Rerumpublicarum, vom Credit der Völker und Staaten / Cap. IV. §. IV. p. 86, ubi de Lubeca, Hamburgo x. t. A. juncto Job. Lynmo Addit. ad Jus Publ. Tom. II. Lib. VII. Cap. I. p. 64.

V. Reipublicæ summa libertas est servire legibus (a)

(a) Evolv. Georg. Paul. Rötenbeccius in Disp. An Princeps sit solitus legibus Civilibus? Thes. XLIII. pag. 20; juncto Frid. Mentz in Disp. de Prima Imperii inter Homines origine, Coroll. V.

VI. Civium immediatorum & Statuum Imperii nulla est Differencia (a).

(a) Idem enim Cives immediati Imperii, qui & Status, id quod pluribus probat Herm. Conringius in Disp. de Germanicis Imperii Civibus, Thes. V. seq. addito D. Erie. Mauritio in Excerpt. de S. R. Germ. Imperii Matricula, von H. N. Reichs Matricula, quæ est Dissert. Frisianarum Part. II. VII. Thes. XV. p. 291.

VII. Respublica Lubeca obedit Imperatori, quando vult (a).

(a) Conf. Job. Lynmo Addit. ad J. P. Tom. II. Lib. VII. Cap. I. p. 64.

IX. Adeptis nihil deficit magis, quam omnia (a).


(a) Plusquam Theologica sunt Cogitationes D. Job. Ludov. Hannemann in Disp. Physica de Hermete Trismegisto inter Sindonem cognoscendo & per Tabulam Smaragdinam natura & artis Pandoram mundo porrigit, Thes. III. Exegesis, pag. 55, quas non tam mireris, quam rimeris. Ubi sibi fingit Autor, quod Adeptus exigente necessitate jussus lumen magnam aurum ad conservandam Rempubl. largiatur, dummodo ista aurum vi periculum a Republ. avertere queat. Quid? quod Adepti divitias vult similes dono, quo Deus Jacobum Patriarcham donabat, ut oves variegatos baculos intuendo agnos quoque variegatos parerent. Addendo, quod illud donum ipius Jacobi tam accurate divitias Adepti, ut ovi ovo quadraret. Verum quid cause, cur ovis bipes quadrupedi ovi similior?



No 113.
S 8°



3. 1.





Farbkarte #13

NSUM SECUNDUM
RSUS PANEGYRICI
DE
TIFICENTIA
ONSULARI
IN
BLICA LUBECA,
CLUTÆ ET FLORENTISSIMÆ
BLICÆ LUBECÆ
MODERATORIBUS
VIRIS
SSIMIS, AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS
IS CONSULIBUS
RICH BALEMAN,
N von LÜNEBURG,
SIM. LINDHOLZ,
MAN MÜNTER,
PAGINA ADVERSA SUBSEQUENTI
DINI SENATORIO
SANCTIMONIÆ LAUDE CLARISSIMIS
MDCCXL FELICISSIMO AUSPICIO
SACRABAT.
LIAS MASCHOW
CANDIDATUS, PASWALCO - POMERANUS.